

nis Ecclesiæ, sed ex patrimonialibus, aliique sibi propriis. Illud Patrimonium, ad quod quis ordinatur, non computatur inter bona Ecclesiæ. In extrema necessitate constituti, ad decimas non tenentur. Qui sunt in gravi necessitate excusantur quidem pro tunc; at si ad meliorem fortunam devenierint, supplere tenentur quod omiserunt. nu. 59. 60. 61. Non solventes decimas, aut suadentes, aut curantes non solvi, aut eas sibi usurpantes, excommunicationis penam incurrunt. Regulares ex concessione Eugenii IV. non tenentur sive in confessionibus sive in concionibus, hortari fideles ad solvendum decimas; nisi super hoc fuerint ab Episcopis requisiti. nu. 62. De privilegiis exemptionis Regularium a solutione decimarum. Vid. Tract. 12. n. 67.

31. Primitiæ sunt primi fructus terræ, quos Deo tanquam omnium largitori, & creatori offerimus. Tract. 23. cap. 3. nu. 3. In lege nova datur præceptum Ecclesiasticum solvendi primitias: at tale præceptum sere nullibi observatur. Quoad obligationem eas solvendi, quoad quantitatem, & personas quibus solvi debent, quoad res de quibus solvendæ sunt, & quoad locum ubi reponendæ, consuetudini standum est. nu. 4. 5. 6. Oblatio est donatio quædam rerum mobilium, vel immobilium facta Deo, Ecclesiæ, aut ejus ministris. nu. 7. Probabilis est nullum in jure canonico de oblationibus dari præceptum. num. 9. Atramen si alicubi consuetudo eas solvendi, ut obligatoria continuata sit per tempus præscriptioni necessarium, habebit vim legis. num. 15. Oblationes etiam fiant particulari imagini, altari, aut capellæ in Ecclesia, aut sacello spectant ad Parochos, seu Rectores Ecclesiæ. nu. 19. Oblationes factæ in Ecclesiis Regularium, non ad Parochos, sed ad ipsos Regulares spectant, etiam si fiant imaginibus, seu capellis ubi est fundata aliqua Confraternitas. nu. 22. 24. Prohibentur oblationes facere fratres dissidentes; raptores, usurarii; oppressores pauperum; sacrilegi; servos ab Ec-

clesiis, ad quas confugerant extrahentes, & matricidæ, si publici sint, & emendari nolint; & denique publici penitentes. n. 26. Oblationes sibi usurpantes, aut impediendo ne percipiantur, ipso facto excommunicationem incurrunt. Admittentes ad oblationes usuales in altari faciendas excommunicatos, & denunciatos a Papa, incurrunt excommunicationem majorem. Admittentes vero excommunicatos excommunicatione majori, vel interdictos non toleratos, incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiæ. nu. 27.

## TRACTATUS V.

### De 4. & 5. Decalogi præcepto.

#### PROŒMIUM.

Sicuti per prioris tabulæ præcepta homo recte ordinatur ad Deum, ita per ea, quæ in secunda continentur, recte ordinatur ad alios homines; ut scilicet jus suum cuique tribuat, & neminem lædat. Convenienter igitur quarto loco ponitur præceptum de honorandis parentibus, nec non de iis quæ quisque Majoribus, æqualibus, & inferioribus debet. Deinde subjicitur præceptum, quo prohibetur homicidium, omnique alia sive alterius, sive sui ipsius corporalis læsio: nec non etiam gula, & ebrietas, quibus vitæ propriæ notabilia damna inferuntur.

## CAPUT I.

### De Honorandis parentibus.

#### §. I.

Quid debeant parentibus filii, & parentes filiis.

1. CUM parentum nomine veniant non solum qui nos carne genuerunt,

runt, sed etiam Ecclesiæ Prælati, Sacerdotes, Principes, Mariti, Tutores, Curatores, Magistri, Domini, & Sones: videndum est quid ex vi hujus præcepti singulis debeatur. Et prius quid debeant filii parentibus, & parentes filiis. Debent ergo filii propriis genitoribus: 1. Honorem, & reverentiam; 2. Obedientiam in omnibus licitis, in quibus eorum subest potestati; 3. Sustentationem, seu in necessitatibus subventionem. Tract. 24. cap. un. nu. 2. Hinc graviter peccant filii contra pietatem, & honorem parentibus debitum, si eos odio habeant; si ex animo eis grave malum exoptent; si torvis oculis aspiciant, maledicant, aspere alloquantur, contemnant, subannent, notabiliter lædant, in eos manus injiciant, ad gravem iram provocent: si parentes mortuus debite sepulturæ non mandent; si eorum debita, (cum hæredes sunt instituti, & hæreditatis, quæ acceptata sint, vires sufficiant,) non solvant; si non curent ut parentes in mortis articulo constituti Sacramenta suscipiant, & testamentum conficiant; si eos aculent alicujus criminis etiam veri in judicio, (excepto crimine læsæ majestatis, antequam patretur, & crimine hæresis;) si ad aliquam dignitatem evecti, parentes inopes, & abjectæ conditionis dedignantur agnoscere: excusantur tamen a mortali in hoc casu, si inde grave damnum filiis immineret: si ultra inopiam etiam infamia notarentur, ut si essent hæretici, hostes patriæ, vel rei læsæ majestatis; aut si solum externe dissimularent absque interno contemptu, & occulte eis subvenirent. n. 4. 5.

2. Peccant quoque mortaliter filii si parentibus non obediunt in iis quæ pertinent ad bonos mores, & ad salutem animæ, & in iis quæ ad bonum familiæ, & rei familiaris regimen spectant. Tract. 24. cap. un. num. 6. Non tenentur tamen obedire parentibus in electione status; & possunt iis inconsultis & iniuriis, Religionem ingredi, Clericatum assumere, & matrimonium contrahere, prout dictum est. Tract. 9. nu.

26. & tract. 15. nu. 36. Denique graviter peccant filii, si parentibus in gravi necessitate constitutis, quantum sibi possibile est, non subveniant, etiam si pater, vel mater damnati essent a Judice ad pereundum fame, etiam si gravissimis penis prohibuitur esse eis alimenta ministrare. Licite non potest filius, parentibus in gravi necessitate relictis, Religionem ingredi. Probabilis est filium iam in Religione professum, ut parentibus in gravi necessitate constitutis subveniat, egressi non posse e Monasterio sine legitima Superioris licentia; qua etiam sine justa causa denegata, egrediendo peccabit, & penis fugitivorum subiacet, sive necessitas præcesserit Religiosam professionem, sive non. Non tenetur Prælati licentiam concedere Religioso vivendi extra Monasterium ad subveniendum inopiæ parentum. Quod si necessitas esset extrema, necdum poterit, sed & tenebitur egredi, etiam invito Prælato, & Claustro ad subveniendum non tantum patri, sed & cuilibet proximo in tali necessitate constituto: ut si domus vicini arderet; vel aliquis in puteum caderet, nec adest qui succurrere possit. Religiosus cum legitima licentia, Monasterio egrediens ad alendos parentes, non ex hoc dimittit potest habitum Religiosum, etiam si aliter alere non possit, nisi ex licentia summi Pontificis; sed postquam parentum necessitati sufficienter providerit, tenetur statim ad Monasterium redire. num. 10. 14. 15. 18.

3. Licentiam concedere manendi extra Claustra ad subveniendum parentibus, spectat ad Generalem, vel Provincialem. Tract. 24. cap. un. num. 19. Hæc obligatio alendi parentes, & e contra, transit etiam ad heredes legatarios, vel donatarios, & ad quoscumque eorum bona gratuito perveniunt. Quare si filius bona sua donavit Monasterio, tenebitur istud parentum illius alere. Similiter si pater bona sua largiatur Religioni, tenebitur hæc alimenta prestare filiis, etiam illegitimis, & spuris. num. 20. Habens patrem, & filium in æquali ne-

necessitate constitutos, prius debet filio quam patri subvenire; nam in ordine ad subveniendum attendi debet amor intensivus & ex parte conjunctionis, magis quam amor ex parte objecti: filius autem est aliquid patris, sed non e contra. nu. 21. Creditore, & parente in extrema necessitate constitutis, prius parenti quam creditori subveniendum est. Quæ diximus de filiis respectu parentum, & de parentibus respectu filiorum, quoad obligationem alimenta præstandi, extenduntur ad alios ascendentes, & descendentes, par est enim quoad eos obligatio, cum urget necessitas. Obligatio alendi parentes afficit etiam filios naturales, & spurios, nu. 25. 26. Septem sunt causæ quæ filios possunt exheredare parentes, & eis alimenta non absolute necessaria ad vitam denegare. Prima si parentes, aut avi filius, sive nepotibus veneno, aut alio modo vitam auferre tentaverint. Secunda. Si pater cognoverit uxorem filii, vel concubinam ejus domi retentam: vel Mater rem haberit cum marito filiae, vel ejus amasio. Tertia. Si impederint ne filius condat testamentum. Quarta. Si amentes facere tentaverint filios. Quinta. Si filios amentes curare neglexerint. Sexta. Si captivos filios liberare noluerint. Septima. Si parentes hæretici sint, & filii Catholici. nu. 27.

4. Parentes ex vi hujus præcepti debent filios bonam educationem, congruam sustentationem, & curam ut in honesto vite statu collocentur. Tract. 24. cap. un. num. 28. Quare peccant mortaliter parentes, qui per se, vel per idoneos magistros non curant ut filii adificent quæ necessaria sunt ad salutem æternam, & ut eis literis dent operam, quibus cæteri ejusdem conditionis erudiri solent: impensæ autem factæ a patre in hoc repeti non debent; nec post patris obitum in partitione computandæ sunt; quia censentur donatæ, nisi constet oppositum: Peccant etiam si occasiones peccandi a filiis non avertant: eorum peccata dissimulent: consilio, aut malo exemplo ad peccatum indu-

cant, vel a bono retrahant: Si Religionis ingressum prohibeant, vel ad eum cogant: si non corrigant, vel immoderate corrigant notabiliter lædendo. num. 29. Item graviter peccant, si quovisq; habiles non sunt ad alimenta sibi acquirenda, ea ipsis non præbeant: si sufficientem diligentiam non adhibeant ad acquirenda bona pro sustentatione, & decenti filiorum dote. Tenetur pater alimenta dare etiam filiis spuris, ex quocunque damnato concubitu penitis, & etiam filio a Religione expulso, etiam filio hæretico, excommunicato, vel proscripto. Alimentorum nomine veniunt victus, vestitus, lectus, habitatio, & medicina. n. 30. 32. 33.

5. Mater tenetur filiis etiam spuris lac præbere usque ad triennium: reliquæ vero impensæ a patre fieri debent. Si mater lacte careat, vel alio iusto impedimento excusetur; pater suis expensis supplere debet. Si pater ad hæc omnia impotens sit, ea præstare tenetur mater. Si uterque desit, tenetur avi, & alii ascendentes; primo tamen qui sunt de linea paterna. Deficientibus omnibus ascendentibus, tenentur alimenta præbere consanguinei propinquiore. Tract. 24. cap. un. num. 34. Peccant saltem venialiter matres, quæ sine iusta causa filios per se non lactant; inde enim non levia damna proli adveniunt. Quod si mater ex iusta causa non possit, tenetur sub mortali providere de bona, & honestis moribus instructa, nutrice. n. 35. Peccant mortaliter parentes qui filios Hospitali, aut divitum domibus, nutriendos, exponunt, sive juxta causam, v. g. necessitatis, aut celandi delicti, vitandæque infamie. Quod si pater dives sit; teneri dictis Hospitalibus satisfacere pro expensis, probabilis est. num. 36. Obligatio alendi filios etiam spurios, transit ad hæredes patris, & etiam ad eos, qui per donationem bona patris acceperunt; non vero ad eos, qui per emptiorem, permutatiorem, vel alium similem contractum bona patris obtinuerunt. num. 37. 38.

6. Parentes tenentur sub mortali dotare filiam nubere volentem; idemque dicendum de filio Religionem ingredi volente, vel ad sacros Ordines promovendo. Tract. 24. cap. un. num. 39. Filiam, quæ sit major 25. annis contra parentium voluntatem nubentem, etiam si indigno nubat, ipsi parentes dotare tenentur; iis enim imputatur quod indigno nupserit, quia præsumuntur in mora culpabili. nu. 40. Si fuerit minor 25. annis adhuc eam dotare tenentur saltem quoad alimenta necessaria vite, etiam si indigno nupserit, si ei aliunde non suppetat. Etiam filio contra patris voluntatem nubenti, tenetur pater alimenta præbere, nec non & ejus uxori, si aliunde non habeant. num. 41. 42. Licet parentes ob plures causas, ut infra dicitur, possint filios exheredare, nunquam tamen possunt eis alimenta omnino ad vitam necessaria negare. n. 43. Tenentur denique patres curare ut filii decentem vitam eligant; non tamen possunt eos ad determinatum vite statum cogere; & peccabunt mortaliter, si eos cogant Religionem ingredi, vel cum hac determinata persona contrahere: & si filiam ad Religionem cogant, exceptis casibus in jure expressis, etiam excommunicationem incurrunt, prout in Trid. sess. 25. cap. 18. Peccant saltem venialiter parentes permittentes filiam se cultius ornare quam suo statui conveniat, licet ex bono fine id faciat. nu. 45. Quod si ornatus sit scandalosus, aut in grave damnus domus, vel creditorum vergens, mortaliter peccabunt id permittendo. n. 45.

7. Quatuordecim sunt causæ ob quas possunt parentes exheredare filios, seu descendentes. Prima. Est violenta manuum iniectio in parentes, quæ sit peccatum mortale. Secunda. Gravis contumelia, quæ arbitrio prudentum ad exheredationem sit sufficiens. Tertia. Si filius acculet patrem de crimine quod meretur prænam mortis, exili perpetui, vel notabilis infamie; non tamen si accuset de crimine hæresis, proditionis Reip. vel læsæ majestatis. Item si in

similibus casibus fuerit testis, vel procurator contra patrem non rogatus, neque coactus, Quarta. Si fuit maleficus, incantor, vel cum talibus communicaverit, Quinta. Si conatus est occidere patrem quovis modo, Sexta. Si carnaliter cognoverit uxorem patris, vel ejus concubinam quam unicam domi habebat. Septima. Si fuit delator, vel denunciator in Judicio contra patrem, ob quod plura damna pertulerit. Octava. Si a patre rogatus in carcere constituto, fidejuberem noluit pro eo, sive in perona sive pro debitis: sed hoc non currit in filiabus, Nona. Si impeditur ne pater conderet, aut revocaret testamentum. Decima. Si filia reculavit tempore opportuno, oblatam sufficientem dotem, & luxuriose vivat ut meretrix; secus si etiam mater luxuriose vivat. Undecima. Si filia nupserit servo non libero, aut famulo libero; extra hunc casum, etiam si contra voluntatem patris nubat, exheredari non potest. Duodecima. Si parentes in amentiam lapsos curare noluerit ad sanitatem reducere. Decimatertia. Si eos captivos redimere noluerit. Decimaquarta. Filios, si a Fide apostata verent, parentes Catholici ex heredare possunt. Tract. 14. cap. 5. n. 90.

## §. II.

*Quid uxor marito & maritus uxori.*

8. Maritus debet uxori amorem, cohabitationem, & alimenta. Mortaliter peccat maritus si uxorem verbis infamatoris, & graviter injuriosis sermo afficiat: si eam atrociter, & immoderate verberet, aut puniat: si per multum tempus sine iusta causa cum ea non cohabitaret non solum in eadem domo, sed etiam ad eandem mensam accumbendo, & in eodem lecto jacendo; iusta autem & legitima causa erit, si maritus domus negotia traderet, si ex sententia judicis ad tempus exulet, si periculum vite immineat, si mutuo consensu quoad thorum amore continentie separentur, dummodo incontinentie periculum absit,

(quod in juvenibus raro abest.) Si Rex ad bellum convocet, si brevem peregrinationem instituire velit, nam ad longam consensum uxoris requiritur. Uxor nullam peregrinationem absque consensu mariti aggredi potest. Quando ob aliquam ex dictis causis, vir legitime abesse potest: si diu in uno loco mansurus est; & sine magnis expensis, eam ducere potest comitari volentem; ad id tenetur: secus si brevi reversurus sit, aut ad eam ducendam magnæ requiratur expensæ. *Tract. 24. cap. unic. num. 46. 47. 48.* Graviter peccat maritus, si absque legitima causa, quæ raro adesse potest, uxorem impediatur ab adimplente præceptorum divinorum, aut Ecclesiæ. *nu. 49.* Graviter peccat maritus si uxorem debitis fraudet alimentis. Si non accepit dotem, eam alere non tenetur; bene vero si sine dote accipere sponte consentit; aut si ipsa uxor sit in obsequio mariti. *n. 50.*

9. Si uxor sine iusta causa viro non cohabitatur, eam alere non tenetur, etiam si dotem accepit. Si maritus sit pauper, & uxor dives, tenetur hæc præstare illi alimenta necessaria, etiam ex paraphernalibus, si dotalia non sufficiant. In extrema necessitate prius subveniendum est patri, & filiis, quam uxori: at in gravi tantum necessitate, prius uxori quam parentibus. *Tract. 24. cap. un. num. 51.* Si dos ob promittentis culpam non tradatur, vel tota non tradatur, vir non tenebitur ad alimenta, nisi pro rata dotis soluta. Ob dotem non solutam nequit vir negare debitum conjugale; quia illud non ex traditione dotis, sed ex essentia matrimonii consurgit. Si maritus concessit prorogationem solutionis dotis, tunc tenetur alere, etiam si terminus concessus transactus sit, promittentisque factus sit impotens. Tenetur uxorem alere etiam si dos soluta fortuito perit; secus si perit culpa uxoris ipsius, nisi in casu quo ejus pater ipsam alere nequeat. *num. 53.* Probabilis est posse virum alimenta negare uxori adulteræ, non solum quando adulterium publicum est,

sed etiam quando est occultum: Insuper probabile est posse uxori alimenta negare, etiam si in solis oculis, & amplexibus deprehendatur, dummodo oscula sint notoria; vel si occulta, nimis lasciva sint, vel uxor fit nobilis. Immo etiam si injuste a viro expulsa fornicetur. *nu. 55.* Lite pendente, pro divortio faciendum, tenetur vir uxori adulteræ saltem in foro externo alimenta ministrare, & expensas pro lite. *num. 57.*

10. Debet uxor marito honorem, obedientiam, & cohabitationem. Quare si virum spernat: si notabiliter sit inobediens in illis, quæ ad bonos mores, & ad familiæ regimen spectant, & velit ipsa gubernare: si absque iusta causa viro non cohabitatur, aut debitum non reddat: si nimis rixosa sit, & ad blasphemandum provocet, mortaliter peccat. *Tract. 24. cap. un. num. 58.* Probabilis est, uxorem nobilem non teneri obsequia villa marito exhibere, ut v. g. cibos condire, domum vererere, &c. sed solum ea quæ ejus conditionem non dedecent. *num. 59.* Tenetur sequi virum domicilium mutantem, nisi iusta causa excusetur; ut si mortis, aut peccati mortalis periculum imminet: si vir fiat vagabundus post initum matrimonium, aut si antea talis erat, & id ignoravit: si præcessit pactum non mutandi domicilium, quod tamen intelligendum est, nisi nova, iusta, & gravis causa superveniat. *num. 60. 61.* Probabilis est teneri uxorem virum in exilium missum, vel alio migrare coactum comitari, & similiter vir uxorem. *nu. 62.* Probabilis est non teneri uxorem, aut filios ad solvenda debita a marito, vel patre respective contracta ad eos alendos, & vestiendos, pro conductioe domus, ad famulorum mercedem solvendam, quando nulla bona mariti, aut patris supersunt. *nu. 63. 64.* Uxor transiens ad secundas nuptias, debet reservare filii prioris mariti quicquid ab eo recepit, titulo lucrativo, non autem quæ recepit titulo oneroso: ita etiam vir transiens ad secundas nuptias,

ea quæ ab uxore defuncta titulo lucrativo recepit, filii prioris matrimonii reservare tenetur. *nu. 66.*

## f. III.

*Quid debeant fratres fratribus.*

11. Fratres debent sibi invicem amorem, & honorem, & alimenta non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate. Quare gravis percussio, injuria, aut notabilis infamatio fratris, seu sororis est grave peccatum contra charitatem, & contra pietatem, additque circumstantiam necessario in confessione explicandam. *Tract. 24. cap. un. num. 68.* Peccat pariter gravissime contra charitatem, & pietatem frater dives, si fratri, aut sorori pauperi, & non habenti unde decenter vivat, alimenta non præstet, aut impensas ad addiscendas artes suo statui, & conditioni convenientes, aut dotem sorori ad decenter nubendum; sicut enim deficientibus ascendentibus, & descendentibus ab intestato, succedunt fratres, sic etiam in defectum avorum, & proavorum ad alendum, & dotandum tenentur. *nu. 69.* Extenditur præcedens doctrina etiam ad fratres, & sorores, ex eodem patre licet diversa matre, natos. Fratres uterini, hoc est ex eadem matre, sed diverso patre nati, non tenentur ad sorores pauperes dotandas, nisi cum matris sint hæredes. Frater majoratum possidens tenetur sorores pauperes non solum alere, sed etiam competentem dotare. Tenetur etiam frater dives alere filios ex fratre, vel sorore natos; nisi aliunde habeant unde decenter vivant. Tenetur quoque alere fratrem, aut sororem, qui bona a patre tradita, dissipaverunt; nec non fratrem, & sororem sive iuste, sive injuste a patre exheredatos, & quod dictum est de obligatione fratrum quoad sorores inopes, intelligendum est etiam de sorore divite respectu fratrum pauperum. *nu. 70. 71.* Clericus tenetur ex fructibus beneficii fratres, & sorores paupe-

res alere: sororem vero pauperem ex beneficii fructibus dotare quidem potest, sed non tenetur. *nu. 72. 73.* Existente fratre, & maxime sorore virgine in gravi necessitate, iusta causa datur differendi ingressum Religionis; ad id tamen quis non obligatur, nisi sint in extrema necessitate. Ad alendos fratres in gravi necessitate constitutos non licet egredi Monasterium. *nu. 74.*

12. Collatio est allatio in communem bonorum parentis defuncti æcerum, ex quo legitima debetur, eorum profectiorum bonorum, quæ afferentis effecta erant, ut cum aliis tanquam hæres in eo succedat. Eiko parens intestatus decedat, nisi expresse significet velle ut aliquis liberorum non teneatur ad collationem bonorum profectiorum, ea omnia tenentur omnes filii in communem æcerum afferre, si velint cum aliis portionem habere; si enim æcerum, & hæreditate abstinere velint, ea minime afferre tenentur. Poterunt tamen petere, si quid insuper in dotem, aut ad nuptias, vel alia simili causa a parente promissum fuerit; nisi promissio, aut ante donata sint, aliis descendentibus inofficiosa, quia eorum legitimam contingant. *Tract. 24. cap. un. num. 75.* Sumptus quos pater fecit pro filio in studiis, libris, vel pro Doctoratu non debent in collationem, & bonorum partitionem afferri. Idem dicendum de libris, ante mortem patris traditis, & donatis. Similiter de expensis pro militia, vel pro beneficio Ecclesiastico obtinendo: pro filii honesta recreatione, venatione, & similibus; necnon pro dignitate aliqua, vel commenda militari filio obtinenda, vel pro eo redimendo a captivitate, vinculis, carcere, vel delicto commissio, nisi de patris voluntate opposita constet. *num. 76. 77.*

13. Probabilis est teneri fratrem, patrimonium pro Sacris Ordinibus a patre donatum in collationem afferre, casu quo fratres in legitima propter illud laedantur. *Tract. 24. cap. un. num. 79.* Si Clericus ob ipem majoris portiois velit patrimonium a patre acceptum in æcerum

vum conferre, id licite potest; sed in tali casu tenetur conferre etiam fructus; ab obitu patris perceptos; si vero ad id compellatur a fratribus, tunc solum afferre tenetur excessum patrimonii supra legitimam, & fructus excessus num. 81. Quæ filius male consumpsit in ludis, meretricibus, &c. si notabiliter excedat quantitatem; quam juxta suam conditionem, in honestis recreationibus ex præsumpta patris voluntate consumere potuisset; excessus ille ei in partitione computandus est. num. 83. Dos filie data, si velit habere partem in hereditate paterna, in collationem adducenda est; nisi constet parentes velle integram dotem dare in portionem, & dummodo non excedat quantitatem, de qua jure disponere possunt. Forques, monilia, & vestes pretiosæ, & similia collata tempore nuptiarum, nisi aliud constet de voluntate parentum, in collationem afferenda sunt; secus alii sumptus a patre nuptiarum tempore facti. Hoc ipso quod partitio coram fratribus, & heredibus facta sit, & subscripta, non potest deinceps revocari, nisi aliquis opponat, & convincat, se deceptum fuisse ultra dimidium; aut intra annum probet, se in sexta quantitatis parte deceptum. Qui ex heredibus erat minor, cum partitio facta est, si postea se læsum cognoscat, potest illam dissolvere per beneficium restitutionis in integram. num. 84. 85. 86.

## §. IV.

*Quid fideles, vassalli, & servi, & Prælati, Principibus & Dominis, &c.*

14. Debent fideles Ecclesiæ Prælati, & Sacerdotibus dilectionem, obedientiam in iis, quæ sui muneris sunt, reverentiam ob dignitatem officii, subsidium in necessariis, defensionem ab oppugnantibus, & conservationem immunitatis. Tract. 24. cap. un. num. 87. Etiam ipsi Ecclesiastici inferiores debent

Prælati superioribus obedientiam, & honorem. nu. 88. Debent ergo Clerici Episcopo suo charitativum subsidium, quando ex justa causa petitur, enlargi; justæ autem causæ sunt: Expenis pro tuendo jure suæ Ecclesiæ, & Decimis, aut pro conservatione ejusdem Ecclesiæ: pro adventu Regis; pro itinere ad Generale Concilium: ac pro communibus suæ Ecclesiæ negotiis. Debent etiam obedire Episcopo præcipienti, ut Synodo Diocelans interfuit. num. 89. Debent Prælati Ecclesiastici suos subditos diligere, eosque pacere verbo, & exemplo. Parochi tenentur populum docere doctrinam Christianam: pro eo sacrificia, & orationes offerre, eique sacramenta ministrare, etiam cum periculo vite si opus sit. Episcopi tenentur Ordines per se, vel per alium conferre: suam Diocesim singulis annis per se, vel per alium visitare: sacrum Crisma singulis annis consecrare: Confirmationis Sacramentum quando opus est ministrare: Ecclesiastica beneficia non consanguineis, sed dignis conferre: ad Ordines nullum indignum, aut sine decenti congrua promovere; & si secus agant, eos alere tenetur: populum docere, & corrigere: Concionatores, & Confessarios eligere: & tandem per se, vel per alios totius Diocesis salutem spiritualiter procurare. n. 90.

15. Subditi, & vassalli debent Regibus, & Principibus reverentiam, & obedientiam, cum justa præcipiunt. Tract. 24. cap. un. nu. 91. Insuper debent eis tributa ordinaria, & extraordinaria justa solvere. num. 92. Reges, & Principes tenentur subditos defendere: leges justas sancire: fideles rectos constituere: populum tributis non gravare: redditus, & tributa prodigiis largitionibus, pompis, & conviviis non dissipare: Arces munire; pauperibus subvenire: justitiam, sine personarum acceptione, ministrare: vias publicas reficere, & a grassatoribus liberare: pravos consuetudines evellere: Ecclesiastica jura non usurpare. num. 93. Officia secularia etiam jurisdictionem habentia, licite a Re-

Regibus, & Principibus vendi possunt, dummodo dignis, & quantum fieri potest dignioribus vendantur; & talis venditio bono publico necessaria sit, & moderato pretio ab habente legitimam vendendi auctoritatem fiat. nu. 97. At regulariter loquendo ea officia vendere minime expedit, maxime si annexam habeant administrationem justitiæ; & hoc propter plurima inconvenientia. nu. 98. Qui ad officia secularia eligit indignum, peccat mortaliter, & damna ex tali electione Reip. illata refarcire tenetur, siue electio fiat a Rege, siue a Senatu, &c. Probabilis est, ad dicta publica officia non satis esse eligere dignum, sed teneri electores ex justitia distributiva digniorem eligere. nu. 104. Secus dicendum de officiis minoris momenti, & quæ remotius ad administrationem justitiæ pertinent; ad quæ sufficit eligere dignum; ut sunt qui tantum Judicis, & Pretoris jussa exequuntur. n. 106.

16. Servitus alia est civilis, & legalis; alia conductitia. Prima dat jus, & dominium in personas: secunda dat jus ad determinatas operas, juxta conductoris contractum. Tract. 24. cap. un. num. 109. Servitus civilis, & legalis ex quadruplici titulo jure gentium introducta est, scilicet bello, venditione, nativitate, & crimine. Christiani a Christianis bello justo capti, servi non sunt, nisi præstiterint auxilium infidelibus contra Christianos; hi enim sicut infideles debent fieri servi. num. 110. Potest quis libere, iusta interveniente causa, suam libertatem in perpetuum vendere. Dum filius est sub patria potestate, potest pater fame preliis, si aliter subveniri non possit illum vendere. Nativitate servus est, qui ex matre serva nascitur, quia partus sequitur ventrem: verum si mater tempore conceptionis, vel partus, vel intermedio libera fuit, proles nascitur libera. Infit. lib. 1. cap. 4. Ob crimen post judicis Sententiam servituti damnanatur, deferentes arma ad Saracenos; raptores puellarum; puella contrahens cum initiato Ordinibus sacris, & filii

ex tali concubitu nati efficiuntur servi illius Ecclesiæ, cui pater erat inscriptus. num. 111. Servi hujus quadruplicis generis tenentur. Primo honorem, & reverentiam suis dominis præstare: secundo obedientiam in omnibus, quæ non sunt contra legem naturalem, aut contra Dei, vel Ecclesiæ præcepta; & instant tamen necessitate, vel gravi damno ex inobedientia servo imminente, poterit servus contra Ecclesiæ præcepta domino obedire: tertio tenentur dominos a malis ingruentibus, & inopinatis etiam cum periculo vite defendere: quarto tenentur res dominorum pro viribus conservare: quinto dominis in gravi infirmitate constitutis, si alii desint, curare ut Sacramenta ministrarentur. nu. 112.

17. Christiani capti ab infidelibus licite fugere possunt, & illis a quibus detinentur tantum subripere possunt, quantum ad fugam, & ad iter conficiendum necessarium est. Qui sua sponte se vendiderunt, vel a patre venditi sunt, vel a Judice ob delicta damnati ad servitutum, nequeunt licite fugere. Similiter qui de non fugiendo suis dominis fidem dederunt. Tract. 24. cap. un. n. 113. Servi quicumque illi sint, qui a dominis ad peccata v. gr. furtum, libidinem &c. inducuntur, aut acerbè, & inhumaniter tractantur, fugere licite possunt; nullus enim cum periculo anime, vel gravi damni corporalis in servitute manere tenetur. Si dominus servam suam prostituat, illa ipso facto libera manet. Servi Christiani, si dominus in hæresim labatur, ipso jure liberi sunt, nec amplius ad servitutum redire tenentur, etiam si dominus respiciat. Si servus infidelis domini infidelis convertatur ad Fidem, efficitur omnino liber. num. 114. Vernaculi, seu qui servi nascuntur, quoad jus fugiendi ventris conditionem sequuntur. Probabilis est servos illos, qui nullo ex prædictis titulis ab obligatione servitutis liberantur; aut ad non fugiendum, aliquo ex prædictis titulis non tenentur, posse licite fugere; & si extra dominorum jurisdictionem pervenerint, liberi efficiuntur. li-

licet bello justo capti sint. num. 114. 116. Qui jus habet fugiendi, minime ex eo quod a domino vendatur, illud amittit. Non est communiter opus pium servis concedere libertatem; nam servi manumissi ut in plurimum improbi sunt. n. 116. 119. Universaliter dicendum est, omnes servos nullius rei habere dominium proprium, & absolutum; sed quæcumque acquirunt domino suo acquirunt. n. 121.

18. Servi conductitii debent dominis suis honorem, reverentiam, & operas conductas. num. 131. Famulus locans operas suas ad annum, si tantum sex mensibus inferviat, tenetur dominus non dimidiat mercedem, sed paulo minus arbitrio prudentum ei solvere, nisi aliquod grave damnum inde domino provenit. Tract. 24. cap. un. num. 131. 132. Famulus locans operas suas ad annum, si ægrotet ad aliquot menses, non tenetur supplere, quia ejus obligatio est unice temporis determinato alligata. nu. 133. Famulus etiam triennio elapsio ab exitu e domo domini, jus habet in foro conscientia, (quidquid sit de prescriptione a jure permisa,) ad suam mercedem; & si per viam judicii desperet illam obtinere, tuta conscientia uti potest occultâ compensatione. num. 134.

Qui domino servit nulla certa mercede in pactum deducta; si dominus similitum famulorum operas conducere solet, tantum mercedis habere debet, quantum alii ejusdem rationis, & id exigere potest, & si obtinere nequeat, occulte accipere potest. Qui vero ad Magnatum, vel Prælatorum famulatum admitti procurant, nulla petita, nec promissa mercede, nihil exigere possunt. num. 135. Famulus, qui ad addiscendas artes intervenit nullum debetur salarium; quin potius ipsi suis magistris, ultra famulatum aliquid solvunt, juxta consuetudinem receptam. Famulis post liberam cum domino conventionem de certa mercede, (etsi inferiori,) non licet occulte subripere ad compensandam operam suam, quam judicant majorem salario; bene vero si necessitate, metu,

fraude, aut quasi coactione, stipendio notabiliter inferiori quam justum est, operas locaverunt, occulte quod esset subripere possunt; nisi copia famulorum diminnat justam alias mercedem. Famulis similiter qui propria voluntate augent operas debitas, minime licet pro illo excessu aliquid subripere: bene vero si a dominis ad aliquid ultra debitum adigantur. num. 136.

19. Tenentur famuli res domini sui custodire, ita ut si culpa sua, aut omissione pereant: si res sibi specialiter creditas sive a domesticis, sive ab extraneis furari videntes taceant, aut non impediunt: si res non specialiter sibi creditas ab extraneis eripi permittant; & non impediunt, ad restitutionem tenentur. Quod si res non sibi creditas, a domesticis eripi videant & taceant, aut non impediunt, peccant quidem contra charitatem, non vero contra justitiam; quia ad hoc ex justitia minime obligantur. Tract. 24. cap. un. num. 138. De furtis famulorum V. tract. 7. num. 35.

20. Tenentur domini servos suos bonis moribus instruere; & si Catholici sunt, curare ut Dei, & Ecclesie præcepta observent: Sacramenta frequentent, & a vitis abstineant. Tenentur quoque eis alimenta necessaria tribuere; in quibus omnibus si notabiliter deficiant, graviter peccant. Tract. 24. cap. un. num. 139. Peccant etiam graviter, si eos dire verberent, & inhumaniter tractent: si matrimonium contrahere impediunt, aut ad illud cogant. n. 140. Post contractum servi matrimonium, immo post sponsalia nequit dominus servum vendere in terras remotas, ubi uxor illum sequi non valeat: nec potest matrimonii usum impedire, quando in ejus præjudicium non cedit. Inito matrimonio a servo ex domini consensu, ac voluntate, si eodem tempore petatur a Domino obsequium, & ab uxore debitum conjugale; si æqualis sit utriusque necessitas, & periculum scilicet continentia ex parte uxoris, & damni ex parte domini, omisso domini obsequio

quo, tenetur servus debitum reddere uxori: secus si necessitas sit major ex parte domini; vel si matrimonium inficio, vel contradicente domino initum sit. n. 142.

21. Servus nequit inficio domino Religionem ingredi, aut ad Sacros Ordines promoveri. Si servus intra triennium ab ingressu Monasterii, inficio domino profiteatur, professio invalida est: verum si intra triennium ab incepta probatione a domino id sciente non repetatur servus, triennio elapso liber evadit, & minime repeti potest. Tract. 24. cap. un. n. 145.

22. Tenentur domini saluti corporali, & spiritali famulorum prospicere, & alimenta, aut mercedem congruam elargiri. Non tenentur tamen ad expensas pro famulorum morbis. Tract. 24. cap. un. num. 147. Potest dominus subtrahere mercedem pro rata temporis, quo famulus ægrotavit. nu. 149. Potest dominus famulum ex justa causa; scilicet ob praves mores, vel quia proprio muneris non satisfacit, a famulatu ante tempus præfixum dimittere; & tunc nullam aliam mercedem, quam pro tempore, quo inferviit dare tenetur. Si vero famulum injuste dimittat, totam mercedem solvere tenetur; nec amplius famulus redire tenetur ad operas complendas, vel tempus. n. 151.

23. Tutores, & Curatores non solum a Magistratu præficiuntur ad defendenda bona, & causas minorum, & pupillorum, sed etiam ad eorum educationem, & instructionem: Quapropter peccat moraliter Tutor, aut Curator, qui notabiliter negligens est in pupillo, vel minori bonis moribus instruendo, & a vitis præservando. Verum Curatoris officium primario circa bona minoris institutum est. Tract. 24. cap. un. num. 154. Quæ dicta sunt de obligatione filiorum erga parentes, proportionabiliter dicenda sunt etiam de obligatione pupillorum, & minorum erga Tutores, & Curatores. n. 155.

24. Magistri tenentur curam discipulorum habere in rebus pertinentibus, ad

bonos mores, & honestam educationem, & satagere ut in literis proficiant, & ne paterna bona aliis vanis exercitiis infumant, denique non tam vana, & subtilia, quam solida, & utilia esse doceant. Concors Doctorum sententia est, mortaliter peccare Magistros, qui in moralibus, & theologicis improbabilia docent. Magistri impudenda sunt peccata discipulorum, si eos non corrigant, & puniant, vel saltem acriter reprehendant. Tract. 24. cap. un. num. 156. Debent discipuli Magistris honorem, & reverentiam non minus quam parentibus: deinde obedientiam in iis quæ ad bonos mores pertinent, & ad institutionem. num. 157. Ultimo loco parentum nomine veniunt senes, quibus juvenes honorem, & reverentiam exhibere debent tamquam parentibus, ex vi hujus præcepti. n. 158.

## CAPUT II.

De Homicidio, Gula, &amp; Ebrietate.

## § I.

De homicidio, &amp; qualiter publica auctoritate liceat hominem occidere.

25. **H**omicidium est injusta hominis occisio. Est peccatum gravissimum. Tract. 25. cap. 1. num. 8. Certum est posse Reges, Principes, & Magistros, quibus Reipublicæ cura incumbit, malefactores de medio tollere, & ultimo supplicio afficere. num. 11. Illicitum est Clericis jurisdictionem etiam laicalem habentibus malefactores poena mortis dammare. num. 13. Ceterum quia hoc solo jure Ecclesiastico prohibetur, poterunt Clerici jurisdictionem temporalem habentes, ex dispensatione Summi Pontificis esse judices in causa sanguinis, absque eo quod peccent, aut irregulares fiant. num. 14. Hinc sequitur non posse Clericos absque dispensatione Summi Pontificis esse Vicegerentes

tes, aut Governatores alicujus Regni, vel Civitatis, Officiales alicujus Principis, Proreges, aut Generales exercitus, num. 15. Episcopi &c. si alicujus Provinciae, vel Civitatis supremum dominium habeant, ut aliqui in Germania, licet non possint per se ipsos sine dicta dispensatione sententiam sanguinis ferre, possunt tamen iudicibus a se constitutis suam auctoritatem committere ad sententiam ferendam in causa sanguinis; & per se leges ferre condemnantes malefactores ad mortem. n. 16.

26. Non licet regulariter Judici dampnare ad mortem reum non citatum, nec auditum, in nonnullis tamen casibus licitum est; ut si miles a militari disciplina publice deviet; si reus sit publicus latro, & grassator viarum, aut in crimine deprehendatur; si adit periculum rebellionis, aut turbationis Reipublicæ ex juridico processu; aut timeatur quod reus ex justitiæ manibus eripiar: aut denique si delictum facile quidem probari possit, sed probatio vergat in dedecus Principis. Tract. 25. c. 1. nu. 17. 18. Potest Respublica concedere facultatem privatis interficiendi bannitos, seu proscriptos sub pœna capitali, etiam proposito intersectoribus præmio, etiam proditorie: nam tales raro aliter interfici valent, eorumque malitiæ imputandum est, periculum damnationis. Non tamen eos occidere licet in alterius Principis ditione, sine ejus saltem tacita licentia, quam semper adesse, plures asserunt apud Dianam. Ipse autem bannitus nequit licite armis resistere occisori, quia hic gerit vices Ministri justitiæ: fugere tamen potest sicut quilibet alius reus. Extra prædictos, aut similes casus peccant gravissime Principes, ex sola privata scientia delicti, aliquos secreto perimentes, veneno aut alio modo, aut officis privatis non probato crimine. Possunt tamen dispensare in accusatione, oblatione libelli in scriptis, alique requisitis de jure positivis, num. 19. Non solum potest sed etiam tenetur, iudex ex iustitia malefactores occidere secundum legum præscriptum,

etiamsi cognoscant reum impenitentem decessurum, Tract. 13. cap. 2. n. 8.

27. Postquam Respublica reum vocavit, & ille parere noluit, & lata est contra eum sententia mortis, potest quilibet facultatem dare eum interficiendi. ibid. num. 9. Potest Respublica aut Princeps Supremus facultatem dare filiis occisori interficiendi occisorem; quia tamen animo ulciscendi, & atrociter occidere solent, rarissime concedendum est, & non nisi cum aliquod grave damnum cognatis adhuc timeatur, aut ipsi Respublicæ, ut si occisor esset grassator viarum, aut reliquis cognatis mortem intenteret. Tract. 25. cap. 1. num. 20. Tenetur iudex sub peccato mortali gravissimo, morti damnato tempus confessionis concedere, etiamsi timeat eruptionem. Tenetur etiam sub culpa gravi, concedere tempus sumendi Eucharistiam, nisi adit periculum ereptionis, aut alterius gravis damni; quam reus, si instet executio mortis, sumere poterit non jejunos, quia est in vero articulo mortis. num. 21. Nulla est irreverentia quod quis eadem die suspendatur, qua communionem recepit. num. 22. Si reus confiteri nolit, potest iudex eum ad confessionem adhortatum, & renitentem licite suspendere. n. 23.

28. Numquam licet innocentem directe occidere, etiamsi hostis minetur Urbis destructionem: bene vero indirecte, ut quando innocentes morte dignis admixti sunt; aut eis pro scuto deservivunt; aut cum quis propriam vitam salvare non potest, nisi obvium conculcando, & occidendo innocentem. Probabilius est non posse Rempublicam hostibus tradere innocentem, aut cogere ad excedendum, nec ipsum teneri exire, etiam ad vitandum Urbis exitium: poterit tamen Respublica eum deserere, & eum non protegere. Similiter non potest virginem violare, quam Tyrannus peteret violandam, aut sacros libros ad comburendum, aut sacramenta ad profanandum. Tract. 13. cap. 2. num. 52. 56. 57. Iudex supremus Princeps debet eum quem scit esse innocentem, sua suprema au-

toritate abolere, & liberare, etiamsi secundum allegata, & probata appareat reus. Si vero iudex non sit supremus Princeps, & possit eum aliqua via liberare v. gr. probationes infirmando, carcerem occulte aperiendo, sententiam differendo, causam ad superiorem remittendo, ubi ipse de ejus innocentia testificari possit, ad id ex charitate tenetur. Tract. 25. cap. 1. num. 26. Probabilius est iudicem non supremum tentatis omnibus viis ad liberandum, quem scit esse innocentem, sed secundum allegata & probata constare esse reum, teneri ipsum secundum jura, & leges judicare, & dampnare. num. 29. Si iudex cognoscit privata scientia aliquem esse reum, qui secundum probata, & allegata apparet innocens, eum tenetur abolere. num. 38. Executor sententiæ late contra eum, quem scit esse innocentem, si credat quod sui ipsius fugam ille liberabitur, & sine gravi damno proprio fugere possit, ad id tenetur. *Quinimo* (verba sunt D. Th. 2. 2. quæst. 64. num. 6. ad 3.) *Si sententia intolerabilem continet errorem, non debet obedire, scilicet minister justitiæ. n. 39.*

## §. II.

*De homicidio privata auctoritate factio.*

29. Omnino illicitum est procurare abortum factus animati, sive etiam inanimati per media directe, & per se ad expulsiorem, vel necem creaturæ ordinata, etiam ob salvandam vitam matris perichantus, vel ne deprehensa gravida occidatur, aut infametur, quantumvis sit nobilis, aut etiam Deo sacra: & est peccatum homicidii proprie dicti, si factus animatus sit, vel deductive ad speciem homicidii pertinet, si sit inanimatus. Fœtus autem post 40. dies semper præsumitur animatus, quia præsumitur vir. Tract. 13. cap. 2. num. 58. 59. 62. Verum si prægnans periculoso morbo laboret, & aliud non suppetat remedium, potest licite uti remediis necessariis ad salutem,

& per se ad directe tendentibus ad expulsiorem morbi, licet indirecte sequatur abortus factus etiam animati; quia hoc est per accidens, & præter intentionem: facta dicta, Tract. 1. num. 50. Nec ob id quod factus animatus in lucem edi, & baptizari possit, a remediis necessariis abstinere tenetur; rarissimus enim casus est, quod matre lethaliter ægrotante; fœtus non inficiatur, & moriatur in utero. num. 64. 65.

30. Pœnæ in jure canonico late contra procurantes abortum factus animati, effectu secuto, sunt tres, juxta Bullam Greg. XIV. incip. *Sedis Apostolicæ*. Prima est irregularitas homicidii voluntarii Sedi Apostolicæ reservata. Secunda, excommunicatio major ipso facto incurrenda, quæ comprehendit non solum procurantes abortum factus animati, sed etiam consilium, aut auxilium præbentes, quam quidem Sixtus V. sibi reservaverat; sed Gregorius eam commisit Episcopis, vel aliis Confessariis ab ipso assignatis, & ad hoc specialiter deputatis. Tertia est privatio officii, & beneficii, & cujuscunque Ecclesiasticæ dignitatis obtenta, & inhabilitas ad alias in posterum obtinendas; ipso facto incurrenda; & ideo talem abortum procurans, mandans, consulens, effectu secuto, tenetur omni modo possibili quacunque dignitates, & officia, aut beneficia obtenta modo conventionitæ relinquere, post sententiam tamen declarativam criminis: inhabilitas vero ad alias dignitates, seu beneficia obtinenda, est Summo Pontifici reservata, & ante omnem sententiam incurritur. Ob abortum factus inanimati, etiam effectu secuto, prædictæ pœnæ minime incurrantur. Neque incurrantur a procurante sterilitatem fœminæ, vel generationem quomodolibet impediende. Tract. 13. cap. 2. num. 67. 68. Probabile est, si ipsas prægnantes si per potionem, aut alia media sibi procurant abortum, minime dictam excommunicationem incurere, sed tantum cooperantes, consulentes, aut quomodolibet adjuvantes, num.

num. 67. 68. 70. Circa inhabilitatem ad dignitates & officia Ecclesiastica possunt Prelati Regulares cum suis Religiosis dispensare. n. 72.

31. Tyrannum iuste possidentem, sed tyrannice gubernantem nulli licet, privata auctoritate, interficere; bene vero eum qui tyrannice Regnum invadit, & tyrannice usurpatum, repugnante Republica possidet, licet armis depositis coacta succubuerit. Tract. 13. cap. 2. num. 11. 12. 13. Gravissime peccat maritus uxorem in adulterio deprehensam, vel adulterum, vel utrumque occidendo; licet non subiaceat poenis a jure contra homicidas statutis. Idem dicendum de patre respectu filiae. num. 15. Probabilius est quod nulli Regi, Imperatori, aut Principi supremo liceat veneno, aut alia via occidere uxorem, aut filiam in adulterio, seu fornicatione secreto deprehensam. Tract. 25. cap. 1. n. 43.

32. Nemo tenetur propriam vitam defendere cum occisione infaucis; nisi quando etiam infaucus esset in peccato mortali, ob periculum propriæ damnationis; aut si ejus vita esset valde utilis Reip. Tr. 25. c. 2. n. 50. Quilibet, etiam Clericus, aut Religiosus licite potest cum moderamine inculpatae tutelæ, injustum infaucem occidere; & per talem occisionem, nulla incurritur excommunicatio, aut irregularitas. Quinimo si Sacerdos dum actu celebrat, injuste invadatur, poterit intermittere Sacrum, ut se defendat, & postea illud proficere, etiam si infaucem occiderit, servato tamen moderamine prædicto. num. 55. Ut defensio propria sit cum moderamine inculpatae tutelæ, ac proinde licita, quinque requiruntur. Primo Quod se defendens non intendat occidere, sed propriam vitam tueri; vel a gravi vulnere liberare. Secundo. Quod non utatur majore violentia quam ea, quæ moraliter necessaria est ad se defendendum; quare si potest se defendere retundendo tantum idus, aut sine infamia fugiendo, aut alia via decorosa, ad id tenetur. Tertio. Quod non

prius offendat quam offendantur, aut invadi incipiat. Quarto. Quod offendant in ipso congressu, non vero post aliquod intervallum. Quinto. Quod probabiliter credat, se occidendum, aut graviter ledendum, nisi taliter se defendat. num. 52.

33. Etiam si infaucus dederit causam infaucis; ut si deprehendatur in adulterio, & eum maritus velit occidere, adhuc probabilius est posse se defendere, infaucem (si opus sit) occidendo. Tract. 25. cap. 1. num. 53. Ob solum timorem, prudentem suspitionem, aut præsumptionem infaucis injuste non licet prævenire infaucem. num. 56. Si autem infaucus facit aliquam exteriorum actionem, ratione ejus cognoscitur ejus determinatus animus ad occidendum, si alia via evadere nequeas, cum poteris prævenire. Scit v. g. adulter maritum sub cervicali posuisse mucronem ad eam occidendam, si alia via declinare non potest, poterit eum prævenire, ipsum occidendo. Certo scit aliquis, quod ejus inimicus paravit insidias, aut mandat dedit assassino, vel servo ad eum occidendum; aut elevat igneam balistam (italice archibugio) ad pila confodiendum; & moraliter mortem declinare non potest, nisi eum prius occidat, id licite facere potest. Scis certo quod inimicus juravit te occisurum, & opportunitatem querit, & alias scis esse maleficum, & his assuetum; si aliter hoc periculum evadere nequeas, eum poteris prævenire. Verum hæc doctrina potius servare debet ad conscientias post factum parandas, quam pro instructione ad agendum; nec in publico predicanda est, nec ante factum docenda; ne (cum difficile sit discernere quando preventio sit iusta defensio,) quis ea ad casus illicitos abutatur. num. 57.

34. Si infaucus fugiendo incurrit infamiam, aut morale periculum percussoris, aut occisionis, non tenetur fugere, sed potest infaucem præveniendo occidere. Si vero nec incurrit infamiam, nec occisionis, aut gravis læsio

in sua specie domi, aut alibi in tuto repositam habet, nequeat dominus eam licite per vim recuperare, aut pro ea recuperanda ipsum occidere; sed ad judicem recurrendum est. n. 92.

36. Possimus vitam proximi, quæ ab alio privata auctoritate invaditur, etiam cum occisione injusti aggressoris, si opus fuerit, defendere. Et a fortiori id licebit pro tuenda vita patris, matris, fratris &c. amici, & socii. Tract. 25. cap. 1. num. 94. Similiter cuique licet occidere infaucem pudicitia, & honoris proximi, sicuti dictum est supra num. 35. de infauce propriæ pudicitia & honoris: excipe casum, quo persona cuius pudicitia invaditur, positive consentiat, aut negative se habeat, nec consentiendo nec resistendo positive; nisi sit tibi valde conjuncta, ut uxor, filia &c., tunc enim defenditur res propria. num. 96. 97. Tenetur quilibet ex charitate defendere ab injusto infauce vitam innocentis, etiam infaucem occidendo si necesse sit, quando id facere potest absque proprio notabili damno. Magistratus autem, Principes, & alii superiores ad id ex iustitia tenentur, si magis de tuenda vita alicujus privati, ac etiam cum propriis vitæ periculo, si agatur de publico bono, ut de liberanda Civitate a latronibus. Extenditur doctrina ad milites, quibus custodia Arcis commissa est; nec non ad Tutores, & Curatores, quibus cura pupilli, & minoris commendata est. num. 98. 100. Tenetur quilibet ex charitate quando commode potest, & sine notabili proprio damno, bona temporalia proximi defendere, etiam cum occisione infaucis, si sit res magni momenti. Quod si ex hoc aliquid dampnum patiatur defensor, compensari debet. num. 102. 104.

35. Pro defensione bonorum temporalium magni momenti, quæ quis actu possidet, licite potest infaucem occidere, si aliter salvare non possit; vel jam ablata ab infauce, recuperare posse non speret. Tract. 25. cap. 1. num. 77. 78. 81. Qualis autem quantitas censetur magni momenti, ita quod pro ejus conservatione liceat eum occidere, determinari non potest, sed attendi debent circumstantiæ temporis, loci, & personæ cui auferitur: communiter tamen, & in praxi requiritur saltem valor duorum aureorum. num. 87. Quando fur re ablata fugit, potest, si eam dimittere nolit, nec sit spes aliter eam recuperandi, occidi. num. 88. Probabilis est, quod quando fur rem ablatam

in sua specie domi, aut alibi in tuto repositam habet, nequeat dominus eam licite per vim recuperare, aut pro ea recuperanda ipsum occidere; sed ad judicem recurrendum est. n. 92.

36. Possimus vitam proximi, quæ ab alio privata auctoritate invaditur, etiam cum occisione injusti aggressoris, si opus fuerit, defendere. Et a fortiori id licebit pro tuenda vita patris, matris, fratris &c. amici, & socii. Tract. 25. cap. 1. num. 94. Similiter cuique licet occidere infaucem pudicitia, & honoris proximi, sicuti dictum est supra num. 35. de infauce propriæ pudicitia & honoris: excipe casum, quo persona cuius pudicitia invaditur, positive consentiat, aut negative se habeat, nec consentiendo nec resistendo positive; nisi sit tibi valde conjuncta, ut uxor, filia &c., tunc enim defenditur res propria. num. 96. 97. Tenetur quilibet ex charitate defendere ab injusto infauce vitam innocentis, etiam infaucem occidendo si necesse sit, quando id facere potest absque proprio notabili damno. Magistratus autem, Principes, & alii superiores ad id ex iustitia tenentur, si magis de tuenda vita alicujus privati, ac etiam cum propriis vitæ periculo, si agatur de publico bono, ut de liberanda Civitate a latronibus. Extenditur doctrina ad milites, quibus custodia Arcis commissa est; nec non ad Tutores, & Curatores, quibus cura pupilli, & minoris commendata est. num. 98. 100. Tenetur quilibet ex charitate quando commode potest, & sine notabili proprio damno, bona temporalia proximi defendere, etiam cum occisione infaucis, si sit res magni momenti. Quod si ex hoc aliquid dampnum patiatur defensor, compensari debet. num. 102. 104.

37. In nullo casu seipsum directe occidere licet, ut Fides docet. Tract. 25. cap. 1. num. 108. Qui seipsum interficit peccat contra charitatem, & etiam in probabiliori sententia contra iustitiam. num. 111. Si Deus inspiraret, aut

præcipere alicui, ut se interimeret, posset, & deberet id exequi, ut de S. Apollonia, & quibusdam aliis sanctis legitur. num. 116. Non licet iudici præcipere reo, etiam iuste damnato ad mortem, quod seipsum occidat, mutilet, venenum oblatum fumat; nec reo licet in hoc obedire, vel aliquam actionem exercere ad mortem effective concurrentem, sed tantum ad eas, quæ sunt ex se indifferentes, ut scalam ascendere &c. num. 117. Mortaliter peccant circulatorum qui venenum fumunt ad probandam antidoti efficaciam, nisi tale antidotum ex consilio peritorum Medicorum consecutum sit, iuxta regulas medicinæ, & prius captum sit experimentum in aliquo bruto. Et idem dicendum de iis qui in tunc ambulat, si hoc cum probabili vitæ periculo faciunt. num. 120. 121.

38. Nemini licet membrum sanum sibi, vel alteri abscindere, aut abscindi permittere, sive ad peccatum vitandum, sive ad castitatem servandam; sive ob quocunque aliud motivum; præterquam ad aliquod majus malum vitandum, quod alio modo vitari non possit; sive illud majus malum ab infirmitate, sive a causa omnino extrinseca, ut a fera, vel tyranno imminet. Quare si a tyranno optio daretur alicui, ut aut sibi ipse manum abscinderet, aut ambabus, vel vita ipsa privari deberet; licet illud primum eligere posset. Si quis manu, vel pede ligatus videret feram venientem ad devorandum, vel inimicum ad eum occidendum, aut incendio perire deberet, posset sibi membrum vinculis obstrictum amputare ad evadendum: Ex sententia iudicis potest quis mutilari in penam delicti. Tract. 13. cap. 2. n. 41. 42.

39. Illicita est puerorum castratio ad servandam suavitatem vocis, etiam ipsi consentientibus. Tract. 13. cap. 2. num. 45. 47. Si membrum putridum sit, aut Alpidis, vel Viperae mortu infectum, ac totius corruptivum, nec aliud suppetat remedium; si sine magnis doloribus abscindi potest, tenetur infir-

mus abscissionem de consilio Medicorum necessariam admittere; dum tamen est sui compos, nequit membrum illud, ipso invito abscindi; nec ad hoc cogi, nisi ab eo qui curam illius habet, ut a Republica, cui utilis est, a parentibus dum est sub eorum potestate, vel a domino si est servus. Si autem cum magnis doloribus abscindere possit, nec infirmus tenetur eam admittere ob vitæ conservationem, nec ad id cogi potest, nisi ejus vita esset multum necessaria bono communi, & tale remedium omnino certum. num. 49. 50. Non tenetur aliquis ad conservandam vitam uti omnibus mediis possibilibus, & extraordinariis, bene vero ordinariis, & communibus. Ob alicujus virtutis motivum potest homo se mori, aut occidi permittere. Hinc inferitur, quod in naufragio postus, potest tabulam relinquere alteri ut salvetur: panem in extrema necessitate alteri extreme indigenti dimittere: ob amorem pudicitia, curationem in partibus pudendis non admittere. n. 26. 27. 28.

40. Vigiliis, macerationibus, &c. ex intentione vitam abbreviandi nemini non licet; nec etiam sine tali intentione, si ita immoderate, & imprudenter assumantur, quod ex hoc notabiliter vita abbreviari timeatur. At prudenter, & ex consilio Confessarii, aut Prælati, ob divinum obsequium, & ad satisfaciendum Deo pro peccatis, in his exerceri, utile, & laudabile est, licet aliquis vitæ abbreviatio timeatur. Tract. 13. cap. 2. num. 29. 30. Damnato ad moriendum fame, non licet reculare cibos clam oblatos. num. 31. Ex iusta, & rationabili causa potest quis laudabiliter mortis periculo se exponere, & aliquid positive facere, ex quo secundario, & indirecte secutura sit propria mors: immo etiam ad hoc aliquando tenetur, ut patet de Parocho, qui tempore pestis Sacramenta ministrare tenetur. nu. 33. Grassante incendio potest quis ab alto se præcipitem dare, ad horribilem ignis mortem vitandam. nu. 35. Probabile est posse milites navem

incendere, ne capiatur ab hostibus: Turrim hostilem evertere, etiam si ejus ruina obtuendi sint, quia non intendunt per hoc se directe interimere, sed communi bono consulere. num. 37. 38.

41. Pro vita parentum, amicorum, Principis, aut præcellentis personæ, & proportionabiliter pro eorum bonis, vitam propriam exponere laudabile est; secus pro aliis extraneis. Tract. 13. cap. 2. num. 40. Qui non nisi cum magno cruciatu, & dolore ob vires appetitivæ dejectas, cibum fumere potest, non est censendus sui ipsius occisor, si comedere non conetur, & ob id demum moriatur. Tract. 25. cap. 1. num. 124. Fœmina tenetur potius se occidi permittere, quam turpitudini consentire, quancunque illata vi; voluntas enim quoad proprium actum cogi non potest. Idem dicendum de viro, quomodo liber ab alio ad aliquid turpe compulsio. num. 125. Insuper tenetur quis injusto invasori, non solum voluntate, sed & omnibus exterioribus viribus resistere, & potius mortem pati, quam ab eo se violari permittere, turpem actum sine positiva resistantia tolerando. num. 128. Si violentia illata sit absoluta, & totalis, ita quod resistente positive voluntate; & facultatibus exterioribus omni modo possibili impedire conantibus, violentia sequatur, nullum peccatum erit, sed potius materia meriti. n. 100.

### J. III.

#### De homicidio casuali, duello, & assensu.

42. Homicidium casuale est illud quod fit præter intentionem occidentis. Dupliciter autem potest aliquid esse præter intentionem: 1. in se, & in causa; 2. in se, sed non in causa. Sic & homicidium potest esse casuale in se, & in sua causa, & hoc nullo modo est voluntarium: ideoque nec peccatum; nec potest dici proprie homicidium, quia homicidium in sua propria significatione

exprimit peccatum. Et potest esse casuale in se, sed non in causa, quia aliquo modo in causa est voluntarium, & ideo peccatum. Et hoc homicidium proprie dicitur casuale: ut si quis reparans regulas, aliquam projecit cum clamaret, ut transientes fugerent, & caverint. Et hic si aliquem occidat, est illi homicidium voluntarium in causa, & consequenter peccaminosum. Tract. 25. cap. 1. num. 132. Homicidium casuale dupliciter contingere potest: scilicet vel dando operam rei licitæ, vel illicitæ. Si contingat dando operam rei licitæ, & adhibita fuit sufficienti diligentia ne sequeretur, non est peccatum: at si omissa fuit sufficienti diligentia, peccatum est. Quare si reparans domum, ante projectionem tegulæ clamavit, aut signum de more posuit, si regulam proficiens aliquem casu occidat, non est homicidium reus; bene vero si debitam diligentiam omisit. num. 133. Si contingat dando operam rei illicitæ, & taliter periculosa, ut inde communiter sequatur mors hominis, mortaliter peccat illud opus exercens, quantumcunque diligentiam adhibeat. Ideoque si quis v. gr. calce, vel pugno mulierem gravidam percutiat, & ex tali percussione abortus sequatur fœtus animatus, licet contra voluntatem directam percussoris, homicidium reus erit. num. 136. Dans operam rei illicitæ aliquam qualiter tantum periculosa, si adhibeat sufficientem diligentiam ad præcavendum homicidium, & casu accidat, non imputatur illi in foro saltem interno, quidquid sit de foro exteriori. nu. 137. Si vero illud opus illicitum, nullum secum afferat periculum homicidii; si forte mors inde sequatur, illud exercens non erit reus homicidii. n. 138.

43. Quando Medicus, sive Chirurgus fecit aliquod medicamentum certo profuturum infirmo, illud applicare tenetur; quando autem non adest medicamentum certum, tutiori, seu probabiliiori, (quod in medicina idem est,) uti tenetur. Quod si secus agat, & inde sequatur mors, homicidii reus erit, & damna inde secuta refarcire tenetur, quia



quia peccat contra iustitiam. Tract. 25, cap. 1. num. 142. 144. 147. Non licet Medico, experientie causa applicare ægroti, de cuius salute desperat, medicamentum, quod ignoratur an profuturum, vel nociturum sit. Idem dicendum in probabiliore sententia: quando de utilitate, vel damno dubitatur, etsi non addit remedium probabile; quia si addit remedium probabiliter profuturum, illud tenebitur dare, nu. 148. 150. Non licet assistentibus ministrare aquam infirmo, contra medici præscriptum, nisi bona fides excuset. Non licet Medico ex sententia aliorum Doctorum applicare medicinam, quam ipse putat nocivam. Et tamen licitum erit medicamentum applicare, quod nocere nequit, dubitatur autem an sit profuturum, num. 152.

44. *Duellum est pugna unius contra alterum.* Definitur autem duellum proprie acceptum: Pugna singularis ex utraque parte, ex conditio accepta cum periculo occisionis, aut gravis vulneris, statuto tempore, & loco. Tract. 25, cap. 1. num. 153. Duellum tum iure naturæ, tum canonico illicitum est, ac proinde ex genere suo est peccatum mortale. num. 156. 158. Greg. XIII. ampliat decretum Tridentini Concilii ad omnia privata duella, etiam sine Patris, & provocatoris literis, aut loco securo, & ad omnes ea permittentes, aut quomodolibet ad illa concurrentes, aut instigantes. Insuper Clem. VIII. prædecessorum Bullas, & Tridentini decretum extendit: 1. ad omnes personas ubicunque habitent; 2. ad milites, etiam inimicos provocent; si id faciant ob eorum privatas inimicitias. 3. Ad Duces simile duellum militibus permittentes. 4. Ad eos qui schedulas provocatorias ad duellum scribunt, mittunt, & deserunt. num. 159. Quando tempus ad duellum assignatur, sed non locus; aut locus, sed non tempus, non est vere duellum; unde quotidianæ pugne ortæ ex ira non sunt duellum, quia non fiunt ex conditio: Similiter, si quis dicat alterum in agro te expecto, ut ibi

pugnemus, non designato tempore: vel vespere tecum pugnabo ubicunque te invenero; quia non designatur focus. Et contra si quis existens in Ecclesia, vel in navi dicat: extra exeamus, & ibi pugnemus; aut dicat inermi, vade ad sumendum arma, hic te expecto ut pugnemus; erit vere duellum, quia assignatur tempus, & locus. Tract. 10. cap. 2. num. 32. 33. Si abique periculo occisionis, vel gravis vulneris fiat certamen, non est duellum: ut si duo absque armis se invicem provocent pugnis, vel instrumento non periculoso. Provocant alterum, vel alterius provocationem admittens, ut cum eo ad locum conditum accedant, non animo pugnandi, sed honorem proprium servandi, cum morali certitudine, quod nullum damnum sequetur, eo quod amici, vel alii statim aderunt, qui eos reconcilient, unde pax potius quam duellum sequetur, probabile est non incurere excommunicationem contra duellantes latam: & si casu sequatur vulneratio, erit præter intentionem. n. 34.

45. Ad terminandum bellum, plurimorumque cades vitandas, maxime si pars habens iustitiam certam superari timeret, potest licite acceptari, & indicere duellum inter duos, aut plures, sub conditione quod illius partis sit victoria, cujus miles, aut Dux singulariter vicere; quia in hoc casu non est proprie duellum, sed bellum partiale auctoritate publica indictum: unde causæ quæ bellum honestant, licitam faciunt etiam hanc inter duos, vel paucos milites pugnam. Tract. 25, cap. 1. nu. 160. Licet duellum ex genere suo sit malum, si tamen rationem duelli deponat, & induat rationem iustæ defensionis, licitum erit. nu. 162. Pro defensione divini honoris, aut boni communis Religionis licitum est acceptare duellum, num. 179. Illicitum est acceptare duellum ad repellendam infamiam, ex non acceptance illius, etiam sub prætextu proprii, vel alieni honoris tuendi; sive ad illatæ propulsiatque contumeliæ, aut injuriæ probationem; seu ad tollendam illius

illius suspensionem: etiam illud acceptans procedat non ex voluntate absoluta pugnandi, sed voluntate absoluta vitandi notam timiditatis, voluntate vero tantum conditionali pugnandi, si a provocante prius iniuste impetatur. nu. 163. 166. Illicitum est innocenti duellum falso accusatori indicare, aut ab eo oblatum acceptare, a quo iniustissime se accusandum scit, & ob id ad mortem, vel mutilationem damnandum; etiam si non aliud suppetat remedium ad prædicta damna vitanda: qui enim in iudicio accusandus est, in iudicio se defendere debet. n. 169. 176.

46. Non licet Principi duobus damnatis ad mortem concedere duellum, ut qui victor evaserit, vita donetur. Tract. 25, cap. 1. num. 178. Illicitum denique est duellum ad ostentationem virium: aut ad voluptatem spectantibus dandum: aut ad veritatis indaginem, pro qua inter rixantes contenditur: aut ad vindicandam injuriam irrogatam, nu. 178. 180. 181. In omnibus casibus, in quibus peccant duellum indicentes, aut illud acceptantes, peccant similiter omnes ad illud aliquo modo concurrentes: & 1. Principes illud permittentes, & locum in suis dominiis concedentes; 2. Patris, quibus etiam pena proscriptiois bonorum, & perpetuæ infamie imponitur; 3. qui consilium tam in iure, quam in facto in causa duelli dederint, aut alia quacunque ratione illud suaserint, aut spectatores fuerint, qui omnes in super a Tridentino excommunicantur. Non impediunt autem cum facilius possint, graviter contra charitatem peccant, num. 183. Omnia quæ duellum a culpa excusant, excusant etiam ab incurrenda excommunicatione, aliisque penis impositis propter illud. Tract. 10. cap. 2. nu. 35.

47. Imperatores, Reges, omnesque Domini temporales locum ad duellum inter Christianos concedentes, excommunicationem per Tridentinum latam incurunt, & privantur dominio; & jurisdictione Territorii. Pugnantes, spectatores, Patris, vel quacunque ratio-

ne illud suadentes eandem pariter excommunicationem incurunt: pugnantes vero, & Patris honorum proscriptio nem, & perpetuum insuper infamiam incurunt: & decedentes in duello privantur Ecclesiastica sepultura. Pius IV. eandem excommunicationem, & reliquas penas extendit ad conficientes schedulas provocatorias, incitantes, procurantes; auxilium, vel consilium, aut favorem dantes, adstantes, intervenientes; & excommunicationem Sedi Apostolicæ reservat. Greg. XIII. extendit etiam duella privata, etiam absque Patris, & provocatoris literis commissura; & statuit eadem excommunicationem ligari Dominos locorum, hæc duella privata permittentes, aut non prohibentes, & omnes mandantes, instigantes; auxilium, vel consilium dantes; equum, arma, pecunias, & alia subsidia scienter ministrantes; comitantes, & ex proposito spectantes, Greg. XV. Civitates insuper Oppida, vel loca, in quorum Territoriis committitur duellum, tacite, vel expresse permittentibus, vel tolerantibus Dominis, vel Magistratibus, interdicto Ecclesiastico Papæ reservato supponit. Tract. 10. c. 4. n. 42.

48. Omnes prædictæ penæ, exceptis censuris, ut incurrantur indigent sententia saltem declaratoria criminis. Eas non incurunt Principes, vel Magistratus permittentes duellum inter duos fideles: bene vero si inter fidelem, & infidelem. Eas quoque non incurunt, si duellum permittant ad evitandum majus malum. Illi qui casu transeunt duellum aspicunt, vel a longe, vel in secreto, vel alio modo nihil ad eundem pugnam conducente, nec penas, nec excommunicationem incurunt: bene vero qui socii sunt, vel sua presentia acunt ad pugnam, vel visone incitare videntur. Comitantes animo impediendi, nec penas, nec excommunicationem incurunt, Tract. 10. cap. 4. nu. 43. Qui ad duellum alterum provocavit, si ad locum designatum accedat, & alter non veniat, non incurrit excommunicationem: (quod commune est omnibus penis propter

pter actum impositis.) Acceptans vero duellum, ex Bulla Clem. VIII. statim acceptavit animo pugnandi, excommunicationem incurrit. Incitantes, vero consules, Patris, comitantes excommunicationem incurunt, licet duellum non sequatur, nisi per eos stet quod non sequatur. Ut consules, &c. sint excommunicati; requiritur quod consilium, &c. fuerit efficax, id est de facto influens. Qui modis omnibus studuit revocare consilium, licet duellum sequatur, non incurrit excommunicationem. num. 44. Si duellum sit notorium, & deducum ad forum contentiosum, solus Summus Pontifex absolvere potest, vel ab eo facultatem habens. Si sit occultum, possunt Episcopi jure ordinario absolvere. Regulares in Italia extra Urbem non possunt ab hac excommunicatione absolvere, ob speciale decretum. num. 45.

49. *Assassini sunt qui ab alio recepta, vel promissa pecunia, aut alia re temporali, mandato interveniente, Christianos interficiunt.* Prima hujus nominis, & delicti mentio fit in jure canonico Cap. Humani, de homicid. in 6. Qui Christianos per assassinos infideles, sive fideles occidi mandaverit, (etiam morte non secuta,) aut assassinos receperit, vel defenderit, aut occultaverit, ipso facto penas excommunicationis, & depositionis a dignitate, honore, ordine, officio, ac beneficio incurrit; nec non exilii, & confiscationis bonorum, post sententiam tamen declaratoriam criminis. Dictæ pœnæ comprehendunt etiam assassinum ipsum, seu mandatarium. Qui per assassinos aliquem Christianum occidi mandaverit, etiam si sit clericus, habetur aut nuntius, & omnia bona sua amittit, post sententiam declaratoriam criminis; & potest a quolibet occidi. Jure civili imponitur assassinis quod trahantur ad caudam equi, deinde patibulo suspendantur, & postea in quatuor partes scindantur. Tract. 25, cap. 1. a n. 185, ad 195.

## §. IV.

*Ad quid homicida teneatur: ac de odio proximi, & ira.*

50. Obligatio restitutionis pro homicidio, mutilatione, vulnere &c. non oritur ex dictis actionibus, quando culpa vacat contra justitiam. Tract. 13, cap. 2, nu. 75. Pro damno naturali scilicet pro ipsa vita, membro, salute, robore hominis liberi, probabilis est nihil esse restituendum, etiam si homicida, mutilator &c. pœnam talionis non subeat: nam si subeat eam, certum est pro prædictis damnis naturalibus præcie ad nihil teneri. n. 79, 80. Hinc sequitur quod vulnerans, vel fuste aut alapa aliquem percussiens, vel aliam injuriam ei irrogans, non tenetur pro injuria compensationem pecuniæ facere, sed tantum pro damnis temporalibus inde secutis. Nec similiter restituendum est aliquid personæ liberæ, ob deformitatem ex vulnere resultantem; est enim damnum corporale, quod in persona libera non est pretio æstimabile. At si in servo talis deformitas, vel mutilatio fiat, ob quod minus valeat, illud restituendum erit, quod de valore minuitur &c.; & etiam totum pretium si occidatur. Et similiter compensandum erit damnum, ex deformitate aut mutilatione cautum in femina nubile, ob quod vel nubere nequeat, vel majore indigeat dote. num. 83. Insertur quoque, non teneri homicidam ex justitia sacrificia, suffragia, orationes, elemosinas pro occiso offerre; quia res spirituales, & sacræ non sunt pretium vitæ, honoris, vel fortunæ. num. 84.

51. Confessarius homicidæ præcipere debet, ut propinquis occisi supplicem se abiciat, veniamque ab eis postulet, si occiso illis injuria fuit. Debet quoque eum monere de obligatione retarciendi damna, ad damna relarcienti. Potest etiam, (nec cum his debet esse nimis mitis,) ei in penitentiam delicti sacrificia, jejunia, elemosinas, preces quotidianas pro anima defuncti injungere.

16.

re. Tract. 13, cap. 2, n. 85. Communis omnium doctorum sententia est, homicidam, mutilatorem, omnemque injuriam læsorem teneri ad omnia damna relarcienda, quæ ex sua injusta actione parti læsæ, aut ejus hæredibus proveniunt; & sic tenetur ad omne damnum emergens, & lucrum cessans, & expensas necessarias factas in curatione. Si propinquis, vel hæredibus occisi, nullum ex ejus morte damnum proveniat, ad nullam restitutionem tenetur occisor; ipsi enim occiso nulla restitutio fieri potest. n. 88. De lucro solum restituendum est illud quod probabiliter sperabatur, detractis expensis, quas pro seipso facturus esset occisus, vel mutilatus, vel vulneratus. n. 89. Nihil de restitutione minuendum est ob cessationem laboris, quem in officio, vel ante subitum fuisse occisus, vel vulneratus. num. 90. Lucrum ad cuius restitutionem tenetur homicida &c. æstimandum est jure prudentum, attentæ ætate, valetudine, aliisque circumstantiis. num. 91.

52. Inter Nobiles, & divites non solet habere locum restitutio pro damnis temporalibus ex homicidio &c. provenientibus, huic enim juri tacite renunciare videntur, sola rei punitione contenti. Pro expensis funeris nihil restituendum est, nam tempore mortis naturalis faciendæ erant: quod si propter anticipationem, ratione, temporis, vel loci, majores faciendæ sint; hoc præjudicium relarcendum erit. Si quis occidat eum, qui vel morte naturali erat proxime moriturus, vel a Juce occidendus, non tenetur ad damna, nisi pro illo parvo tempore, quo victurus erat: si vero injuste ab alio proxime occidendus erat, ad omnia damna tenetur, qui prius occidit, ac si ab alio minime occidendus fuisset. Si homicida &c. moriatur ante restitutionem, ea faciendæ erit ab hæredibus ejus. Si occisor, vel vulnerator sit in gravi necessitate, ad damna relarcienda non tenetur, nisi in casu quo hæredes occisi, aut ipse vulneratus sint in simili necessitate. Tract. 13, cap. 2, nu. 92, 93, 94. Quando petente parte puni-

Part. I.

tur reus, videtur omne aliud satisfactoris genus remitti, nisi expresse petatur, etiam restitutio pro damnis temporalibus, (quod honesti viri non faciunt.) num. 95. Quando occisor ab adversario provocatus fuit, vel ambo se ad invicem provocarunt, vel provocante occisore, alter pugnam libere acceptavit, nulla erit obligatio restitutionis: & moribus hoc declarare tenetur, ne ab hæredibus homicida indebitè ad restitutionem cogatur. nu. 96. Qui abique ulla provocatione ab alio invaditur, si illum occidat excedendo mortaliter moderamen inculpatae tutelæ in modo se defendendi, (nam ex eo quod non fugerit, ad nihil tenetur;) probabilis est non teneri ad totam damnorum restitutionem, sed pro ratione culpæ arbitrio prudentum. n. 97, 98.

53. Ob homicidium casuale non tenetur occisor ad damnorum reparationem, nisi ex culpa lata juridica simul cum gravi theologica, juxta prudentem æstimationem. Tract. 13, cap. 2, n. 100. Si vulnus illatum lethale non erat, & alius de se sequatur mors, nimirum vel ex incuria Medici, vel ipsius vulnerati, vel ex superveniente infirmitate, non tenetur vulnerator ad compensanda damna ex morte secuta, sed tantum quæ secuta sunt ex vulnere. Quod si in illo loco Chirurgus non erat, & ob id mortuus vulneratus, in tali casu tenetur vulnerator ad omnia damna ex morte provenientia; quia coram causa fuit. Similiter si dans operam rei licitæ, vel illicitæ adhibuit omnem diligentiam ad cavendum proximi damnum, etiam si sequatur, ei imputandum non est; quia nec in se, nec in causa voluit fuit: dummodo res illa illicita, juxta dicta superiorum num. 42, non sit taliter periculosa, quod ex ea communiter sequatur homicidium &c. At si fuit negligens in præcavendo damno ex sua actione cautato, ita ut culpam latam juridicam, & gravem theologicam committit, relarcere tenetur damna secuta, non tamen integre, sed mitius arbitrio viri prudentis. Qui injuria accessus alium occidit, potest denega-

Y.

denega.

denegare compensationem damnorum, donec a Iudice cognoscatur an in penam injuriæ, compensatio condonanda sit. n. 100.

54. Debita realia contracta ab occisore cum occiso ante ejus mortem, ut sunt expensæ curationis, lucrum cessans diebus quibus supervixit, pecunia de qua cum eo conventionem fecit pro remissione injuriæ, tenetur occisor solvere hæredibus, siue necessariis siue non necessariis. *Tract. 13. c. 2. n. 102.* Hæredibus necessariis, (inter quos hoc loco computatur etiam uxor respectu mariti, & e contra) debet occisor omnia alimenta, & emolumenta, quæ per mortem occisi amiserunt: (alimentorum autem nomine veniunt omnia ad vitam necessaria, & ad debitam suo statui familiaris conservationem.) Item debet omnia damna emergentia, & lucra cessantia post mortem occisi refarcire. num. 103. Probabile est non teneri homicidam quidquam restituere uxori occisi, si illa notabile detrimentum non accepit; vel si æque commode potest nubere, tamen nolit; aut si alter liberaliter eam alendam suscepit. num. 104. Probabilius est fratribus, consanguineis, familiaribus, vel aliis, quibus occisus ante mortem beneficiabat, non teneri homicidam ea damna compensare; etiam si prævisa fuerint, dummodo non intenta num. 107. 108. Non tenetur occisor solvere debita creditoribus occisi, etsi ejus morte fraudentur, licet id præviderent, dummodo non id intenderit. num. 111. Per remissionem injuriæ in foro interno, non censetur remissum jus referendi injuriam ad judicem, & accusandi; sed tantum satisfit præcepto charitatis non odiendo læsores. Per plenam remissionem, etiam quoad forum externum, & accusationem, non censetur remissa obligatio refarcendi damna, &c. num. 112. Licet male faciat læsus remittendo occisori expensas, & alia damna cum præjudicio filiorum, vel Patris, vel conjugis, & peccet contra charitatem, si aliunde non habeant sibi necessaria; remissio tamen valida est, & occisor liberatur ab onere. num. 113.

55. Non solum homicidium perpetrantes, sed & omnes cooperantes, & effective influentes in illud, mandato, consilio, consensu, laude, vel vituperio, ratihabitione, auxilio, &c. rei sunt homicidii, & ad refarcienda damna inde orta tenentur, nisi executionem impediere fategerint, mandatum revocando, ita quod revocatio mandatario opportune innotescat; consilium, suasionem, laudem, &c. retractando, & omnem influxum in illud removendo. *Tract. 25. cap. 1. num. 217.* Qui non impedit homicidium, cum commode possit, peccat mortaliter contra charitatem; & si ad id ex officio tenetur, etiam contra justitiam peccat. num. 218. In confessione non sufficit dicere se hominem occidisse, sed explicari etiam debent circumstantiæ mutantes speciem, aut invehentes censuram: ideoque occisor aperire tenetur, & propter excommunicationem Summo Pontifici reservatam, quam etiam incurrit mandantes, consulentes, auxilium præstantes, non impediens, quando occisio in sui gratiam fit, aut cum quis exterius voluntatem, & ratihabitionem manifestat. Debet etiam explicare occisor, an hominem sciendo occiderit, v. gr. in partes dividendo, membra disperdendo, inhumane cruciando, sanguinem bibendo, quia est peccatum servitute contra naturam, & specie diversum. Item quando superior occidit, mutilat, punit: si deliberate ex malo animo pœnam graviores quam delicta, & ratio exigunt, mortaliter peccat peccato crudelitatis; & est circumstantia mutans speciem. num. 220. 222.

56. Prohibentur etiam in hoc præcepto odium proximi, & ira perniciosa. *Odiū proximi est formalis malevolentia, qua expresse proximo malum exoptamus.* Juxta gravitatem mali exoptati, erit gravitas peccati odii. Malum quod proximo exoptatur, ut sit culpa respectu exoptantis, debet exoptari ut malum illius: quia si exoptetur in quantum

tum conducit ad majus ejus bonum spirituale, aut temporale, non est illicitum. Vide dicta *Tract. 1. nu. 56.* & *Proposit. 13. 14. 15.* damnatas ab Innoc. XI. Ex D. Greg. 5. Moral. 30. *Alia est ira, quam impatientia excitat; alia quam zelus justitiæ format: illa ex vitio, hæc ex virtute generatur.* Ira, quæ peccatum est, est inordinatus appetitus vindictæ. Ex genere suo est peccatum mortale. Potest autem esse veniale, ob imperfectionem actus; ut quando motus iræ, ita subito evenit ut præveniat iudicium rationis: vel ex parte appetibilis, ut si quis parum trahat per capillum alicujus puerum: vel quoad modum irascendi; ut si quis ardentius ultra merita causæ irascatur; aut exterius signa iracundiæ abundantius manifestet. *Tract. 25. cap. 1. nu. 223. 224. 225.* Ex ira quæ peccatum capitale est, oriuntur sex alia peccata; nempe rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blasphemia. *Rixæ est quedam contradictio in factis, usque ad percussio-*  
*nem.* Tumor mentis est dum quis diversas vias vindictæ cogitat, & talibus cogitationibus, animus replet. Contumelia, cum quis effudit injuriosa verba contra proximum. Clamor, quando quis in modo loquendi confuse, & inordinate iram suam demonstrat. Indignatio, quando quis reputat alium contra quem irascitur, indignum ut sibi quid tale fecerit. Blasphemia, dum prorumpit in verba Deo injuriosa. num. 226.

## S. V.

*De Taurorum agitatione, & de gula ac ebrietate.*

57. Taurorum agitatio, & cum iis, alicujus feris bestiis congressus, licet jure naturæ non prohibeatur: rigorose tamen interdicitur pro consuet. S. Pii V. De salute, &c. quæ quoad Regna Hispaniæ moderata fuit per Greg. XIII. & Clem. VIII. Quare pro Hispaniæ Regnis, quoad seculares nulla est prohibitio Ecclesiastica,

ne possint siue in foro, siue in alio quocunque loco Tauros agitare, & quoad omnes Clericos seculares agitari illos, videre. Unde tantum Monachis, & aliis Regularibus, sub censura prohibetur ne hujusmodi spectaculis interfint. Si tamen Clerici seculares per se ipsos agitant, gravissime delinquent, ratione scandali, & indecentiæ. Hispaniæ Principes, Magistratus, Civitatum Rectors, alicujus Oppidorum Prætores possunt hujusmodi Taurorum agitationes permittere, quin excommunicationem aliquam incurrant, dummodo per eos provideatur ne alicujus mors, quoad fieri poterit sequatur; & ne permittant quod in die festo, siue universalis Ecclesiæ, siue ex voto particulari, Tauri agitentur; alias tamen excommunicationem quam alias pœnas incurrant. *Tract. 25. cap. 1. num. 202.* Probabilius est Regulares Taurorum agitationi assentes peccare mortaliter, siue sint Sacris Ordinibus initiati, siue non; siue Choro deputati, siue Laici; novitius, & moniales exceptis. n. 208. 209. Si Regularis ex alta turri, vel propria domo videret, procul a foro Tauros agitari, nullo modo peccaret, quia non diceretur assistere; bene vero si occultus, aut larvatus adesset. num. 210. Sub dicta prohibitione comprehenduntur etiam Ordines militares, & Canonici Regulares. Nullibi prohibetur, etiam diebus festis agitari Tauros longis funibus, vel rudentibus ligatos per Calles, quando portæ Civitatis sunt apertæ. Nec prohibetur etiam Clericis, aut Religiosis in propria domo, vel Claustro Vitulos agitare, non veniunt enim sub nomine Tauri. num. 211. 212. 213. Ubi consuetudo vigerit in Hispania, poterunt etiam in die festo abique mortali agitari. nu. 214.

58. Gula, & ebrietas cum non parum saluti corporali nocent, hinc est quod hoc eodem præcepto convenienter debuerint prohiberi. *Gula* quæ est vitium contrarium abstinentiæ definitur, quod sit appetitus inordinatus edendi, & bibendi. Et ideo gula late sumpta dividitur in commestationem, & ebrietatem.

tatem. Tract. 25. cap. 2. num. 1. Hæc inordinatio, quinque modis contingit, qui hoc verficulo continentur: *Preprope, laute, nimis, ardentem, studiose.* num. 2. Comedere, & bibere ob solam voluptatem est peccatum gulæ; si quis moveatur quidem, applicetur, seu impellatur ex delectatione cibi ad illud percipiendum; principaliter tamen intendendo virtum augmentum, vel reparationem, tunc minime peccat. nu. 4. Gula non est ex genere suo peccatum mortale. Cæterum si quis ita inordinate appetat delectationem cibi, ut in ea expresse constituat ultimum finem; aut implicite, quia ob eam paratus sit transgredi legem Dei, tunc erit peccatum mortale. num. 5. Idem dicendum si propter gulam, paratus esset violare Ecclesiæ præcepta: si ob cibi intemperantiam grave scandalum proximo daret; si ex cibi quantitate, vel qualitate probabiliter timet se in aliquod grave peccatum prolapsurum: si ex cibi quantitate, vel qualitate saluti grave damnum imminet; & ob id gravissime peccant quædam feminae quæ sale, terra, cinere, carbonibus, luto, gypso, &c. vescuntur, nec absolvendæ sunt quouique se emendent. Quando quis ex certo genere cibi, aut potus, putat se nocturnam pollutionem passurum; non peccat mortaliter si illo bona mente utatur, nec sit periculum consensus. nu. 6.

59. Infirmus ardore febris æstuans, si aquæ potu refrigerium quærat, etsi prævideat ob id augendam esse febrim, non est statim mortalis culpæ damnandus, tum quia nocumentum est leve, tum etiam quia nimis ardor solet plenum rationis iudicium absorbere. Tract. 25. cap. 2. num. 7. Uique ad vomitum se ingurgitans, præciso gravi corporis noxamento, quod aliquando timeri potest, est tantum veniale peccatum. num. 8. Comedere carnes crudas belluissimum est: erit autem mortale, vel veniale juxta gravitatem damni, quod inde rationabiliter timetur; quod si necessitas ad id cogat, licitum erit. nu. 9. Humanis carnibus, extra extremam necessi-

tatem vesci, profus illicitum est, & ferinum. At in extrema necessitate fas est edere carnes hominis in bello occisi, aut a iudice interfecti, aut alia via emortui. num. 13. Gula est vitium capitale. Gulæ filia sunt quinque: habetudo mentis, inepta lætitia, stultiloquium seu multiloquium, scurrilitas, & immunditia. num. 17.

60. Sobrietati, quæ est virtus moderans affectum, & usum potus, qui sua fumositate natus est caput conturbare, opponitur vitium ebrietatis. Est autem ebrietas excessus in potando, causa voluptatis, usque ad violentam usum rationis privationem. Est peccatum mortale. Tract. 25. cap. 2. num. 18, 19. Quando ebrietas non est voluntaria, nec mala ex ea immediate secuta voluntaria esse possunt, & ideo peccata non sunt. Si vero ebrietas sit voluntaria, & culpabilis, mala subsecuta, prævisa, aut que moraliter prævideri debebant, sunt peccata; quia voluntaria in causa. num. 26. Prævisa autem censentur, quæ in aliis ebrietatibus quis novit se consuevisse committere, sive sciat in qua specie peccavit, sive tantum sciat, se in aliquo genere peccasse. Reputatur etiam prævisum peccatum, ad quod quis est vehementer inclinatus, & insuper ea omnia, quæ communiter ebrii committere solent. Quæ autem nullam habent cum ebrietate connexionem, ratione personæ, loci, aut alterius circumstantiæ, sed casu eveniunt, aut ex malitia alterius ebrium provocantis; nec proinde eorum adesse morale periculum, minime peccata censenda sunt. nu. 27, 28, 29.

61. Peccata oris, seu quæ in verbis, ut verba sunt consistunt, ut sunt blasphemias, perjurias, contumelias non imputantur ebrio ut peccata, quando in ebrietate proferuntur, licet antea prævideantur, quia in ebrio non sunt formaliter verba; sed tantum materialiter, & quidem sonus tanquam a Pica prolatus, ac proinde nec objective mala, ut sunt peccata operis. Tract. 25. cap. 2. num. 30. Peccatorum operis in ebrietate commissorum gravitas mensurari debet ex advertentiâ, & vq.

& voluntarietate eorum in causa. n. 33. Probabilis est quod possit quis medicinæ causa, ex præscripto Medicorum, positionem inebriantem fumere; dummodo non addit aliud medicamentum efficacius ad recuperandam salutem. n. 35. Ad vitandam vero mortem quam quis minatur inferre alicui, nisi se inebriet, probabilis est non licere se inebriare; nam ebrietas ex præscripto Medici non est ebrietas formalis; bene vero in secundo casu. num. 45. Qui alium cogit ad se inebriandum, grave peccatum committit. num. 48. Paratum committere peccatum ebrietate gravius, non licet ad ebrietatem inducere, ut illud vitet: quia ad hoc ut minus malum licite consuli possit, parato majus committere, opus est quod illud minus contineatur sub illo majori malo: ut si quis parato aliquid occidere consulet verberare: & insuper oportet quod illud majus malum, alia via impediri non possit. nu. 51. 52. Qui culpabiliter se inebriavit, sed non prævidit homicidium, non fit irregularis, si in ebrietate occidat. num. 56. Habens consuetudinem se inebriandi, non est absolvendus, vel saltem differenda est absolutio donec constet de resipiscencia. nu. 67.

## TRACTATUS VI.

## De 6. &amp; 9. Decalogi præcepto.

## PROŒMIUM.

Prohibito homicidio, per quod vita hominis iniuste de medio tollitur, recto ordine sequitur, sub nomine Machiæ; prohibitio cuiuscumque luxuriæ, per quam ut hominis generatio impeditur, aut prolis tollitur certitudo, ejusque debita educatio; ut dicit D. Th. Igitur in hoc præcepto non solum prohibetur adulterium, sed & omnis alia

delectatio carnalis extra matrimonium habita: omnia quoque antecedentia, & consequentia: ut sunt tactus, oscula, amplexus, &c. & virtualiter etiam omne desiderium, omnique voluntas; & affectus deliberatus cuiuscumque rei venereæ. Tract. 26. cap. 1. n. 3. 4. 5. 6.

## CAPUT I.

De luxuria, & de castitate in communi, & de simplici fornicatione, & impudicitia.

## S. I.

De luxuria, & de castitate in communi.

1. **L**uxuria est usus, vel appetitus inordinatus venererorum. Tract. 26. cap. 1. num. 3. Est ex genere suo peccatum mortale. num. 10. Luxuriæ filia sunt octo: cæcitas mentis, inconsideratio, precipitatio, incostantia, amor sui, adium Dei, affectus presentis seculi, & horror futuri. Luxuriæ species sunt septem: Simplex fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus, sacrilegium, & vinum contra naturam. num. 10. 12. Ista species non distinguuntur inter se essentialiter intra genus luxuriæ, sed solum accidentaliter: & ideo adulterium non est unica, & atomæ species constituta ex specie fornicationis, & iniustitiæ; sed sunt ibi duæ species atomæ, inter se distinctæ, nempe fornicationis, & iniustitiæ, quin ex utraque una tertia species constituitur. n. 19.

2. Principaliter, & de primario, Deus in hoc præcepto prohibet sub nomine adulterii omnem luxuriæ speciem, & omnes venereas delectationes; secundariò vero præcipit, ut quilibet colat castitatem animi, & corporis, juxta proprium statum. Tract. 26. cap. 1. nu. 37. Castitas alia est improprie dicta: alia proprie dicta. Illa est puritas animi ab omni amore, & delectatione inordinata appetitus,